ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT ASTRONOMISCHEN TEXTEN
um 1430/1440 Seite 51r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





et a b c ergo circulus a
b c transit per polos cir
culi c f d ergo secat
eum orthogonaliter per 20am
primi theodosii ergo per diffi
nitionem circulus c f d
versa vice secat circulum
a b c orthogonaliter ergo
et per polos eius transit
per 14am primi theodosii
et hoc est quod proposui
demonstrare sic patet primum

¶ Hic demonstratur quare diversitas aspectus in latitudine multiplicatur
per 11 et dimidium

¶ Secundum demonstrandum est istud quare videlicet aspectus diversitatis
lune in latitudine multiplicetur per 11 et dimidium et productum demitur de
argumento latitudinis equato ad medium coniunctionis verissime si coniunctio
est circa genzahar idem productum additur eidem argumento latitudinis
si coniunctio est circa caudam. Dividendum autem quare hoc sit sic
Sit circulus ecliptice a b c super centrum g circulus in quo mo
vetur luna a f c intersecans predictum in punctis a et c Et sit a
caput draconis / c cauda ergo medietas circuli lune que est
a f c est aptior alior medietate ecliptice que est a b c
quia luna a capite usque ad caudam est septentrionalior sole / Sit ergo
luna iuxta a in puncto d tunc diversitas aspectus eius in latitudine
est minima quia in istis regionibus quarum latitudo est a 24 gradibus
ut dictum est supra ergo quanta ipsa est tantum luna videbitur vicinior
vel propinquior circumferentie a b c. Sit ergo diversitas aspectus
lune in latitudine d e ergo luna est secundum visum in puncto e
tunc posito pede circini in mobili in puncto g / mobilis
extendatur ad punctum e et ducatur versus a usque ad circumferentiam